

21^a L. Mummius cos. | vico.

Monteleone in Sabinis, ubi fuit Trebula Mutuesca, duae bases eisdem verbis inscriptae (I 543. IX 4882. Tomassetti Bull. com. 1890 p. 109).

21^b L. Mummius | cos. ded. N.¹
Nursiae (I 544. IX 4540, semel descripta). — 1) Nursinisi.

21^c L. Mummius | cos. p. P.¹

Parmae (I 543. XI 4031; Ritschl tab. LIVd). — 1) populo Parmensi. Ceterum lapis undique circumsectus est et possunt complura periisse. Nec litterae sunt aetatis Mummi, sed imperatoriae; ita ut recte fortasse olim Borghesius titulo magis integrō longe aliud significatum esse coniecerit.

21^d [L. Mumm]ius L. f. imp. | [Cor]intho capta | [vico Ital]icensi
Italicae in Hispania rep. parva tabula marmorea (I 546. II 4419).

A L. Mummio post victoriam Achaicam oppida Italicae atque etiam provinciarum signis tabulisque exornata esse passim tradunt auctores (Strabo 8 p. 581; Cic. de off. 2, 22, 76; Frontinus strat. 4, 5, 45; auct. de vir. ill. 60, al. cf. Mo. I p. 450).

22 Ser. Folvius Q. f. Flaccus cos.¹ muru² locavit | de manubies³.

Tifatis supra Capuam (hodie S. Angelo in Formis) rep. a. 1888, lapis tofaceus muro insertus (Barnabei Notizie degli scavi 1888 p. 142). — 1) Consul fuit a. u. c. 619 (cf. de eo Mo. eph. ep. I p. 456 n. 11). — 2) muru(m), fortasse eum ipsum, in quo lapis extitit cum repertus-est. — 3) Gentes alias devicerat in Illyria, ex quarum praeda hunc murum faciendum locavit (Liv. ep. 56; Appian. Illyr. 40). De manubiis cf. Mo. R. Forsch. 2 p. 445 not. 62.

23 Viam fecei ab Regio ad Capuam¹, et | in ea via ponteis omneis, miliarios | tabelariosque poseivei.

Hinc sunt |

Nouceriam meilia	ΦΙ
Capuam	XXCIII
Muranum	ΦXIII
Cosentiam	CXXIII
Valentiam	CΦXXXI / ²
ad fretum ad statuam CCXXXI! / ²	
Regium	CCXXXVII
summa af Capua Regium meilia	CCCXI! / ² .

Et eidem praetor in | Sicilia fugiteivos Italicorum | conquaeisivei, redidei-que | homines DCCCCXVII³. Eademque | primus fecei, ut de agro poplico | aratoribus cederent paastores⁴. | Forum aedisque poplicas heic fecei.

In vico Lucaniae Polla, ubi fuit Forum Popillii (I 551. X 6950; Ritschl tab. L1b). Tabulam positam esse a P. Popillio C. f. Lacnate in consulatu a. 622 demonstrarunt Mommsenus Ritscheliusque (in huius opusc. 4 p. 443—450; cf. vol. I l. c.). — 1) De hac via cf. Mo. I p. 455. — 2) Error in milibus Cosentia Valentiam numerandis commissus itaque etiam ad sequentes numeros propagatus, rasura est cor-